

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## M. Tullii Ciceronis Orationes diligentius recognitae & aptiore serie repositae

Cicero, Marcus Tullius

Lutetiae Paris, 1522

In L. Catilinam, in senatu. Oratio XXII.

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-431](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-431)

## In L. Catilinam. III. Fo. CXXXII.

Quir. mihi quod nihil iam ab istis noceri potest. magnū em̄ in vobis praesidiū, quā mihi in perpetuū comparatū est: magna in Rep. dignitas, quae me semper tacita defendet: magna vis est conscientiae, quā quae negligēt, cum me violare volēt, se ipsi iudicabūt. Est etiā in nobis is animus Quir. ut iudicabūt nō mō nullius audaciae cedam⁹, sed etiā oēs improbos ultro semper laceffam⁹. Quae si oēs impetus domesticorū hostiū depulsi a vobis, se in me unū cōuerterint, vobis erit puidendū Quir. qua cōditiōe posthac eos esse velitis, quae se pro salute vestra obtulerint inuidiae, periculisque oibus. Mihi quod ipsi quod iam ad vite fructū possit acquiri: praesertim cum neque in honore vestro, neque in gloria virtutis, quae videā alius, quo quidē mihi libeat ascendere. Illud profecto proficiā Quir. ut ea, quae gessi in cōsultatu, priuatus tuear, atque ornē: ut si qua est inuidia in cōseruanda Rep. suscepta, ledat inuidios, mihi valeat ad gloriā, deinde ita me in Rep. tractabo, ut meminerim semper quae gesserim, curēque ut ea virtute nō casu gesta esse videant. Vos Quir. quoniam iam nox est, veneremini illū Iouē custodē huius vr̄bis, ac vestrū, atque in vestra tecta discedite: & ea, quae periculū est depulsum, tamē aequae, ac priorī nocte fecistis, custodiis, vigiliisque defendite. Id ne vobis diutius faciundum sit, atque ut in perpetua pace esse possitis, prouidebo.

### IN L. CATILINAM, IN SENATV. ORATIO. XXII.



IDEO P. C. IN ME OMNIUM VESTRUM ORA, ATQVE oculos esse cōuersos: video vos nō solū de vestro ac Reip. verū etiā si id depulsum sit, de meo periculo esse sollicitos. Est mihi iucūda in malis, & grata in dolore vestra erga me volūtas. sed eā per deos immortales quae deponite, atque oblitī salutis meae, de vobis, ac liberis vestris cogitate. mihi si haec cōditiō cōsultatus data est, ut oēs acerbitates, oēs dolores cruciatuque perferrē, ferā nō solū fortiter, sed etiā libēter, dūmodo meis laboribus vobis populoque Ro. P. C. dignitas, salusque pariat. Ego sum ille Cōsul P. C. cui nō forū, in quo oīs aequitas cōtinet: nō cāpus, cōsularibus auspiciis cōsecratus: nō curia, sum mū auxiliū omniū gentiū: nō domus, cōmune perfrugium: non lectus, ad quietem datus: non denique haec sedes honoris sella curulis unquam vacua mortis periculo, atque insidiis fuit. ego multa tacui, multa pertuli, multa concessi, multa meo quodā dolore in vestro timore sanauī. Nunc si hunc exitum Cōsultatus mei dii immortales esse voluerūt, ut vos P. C. populūque Ro. ex cede misera, coniuges, liberosque vestros, virginesque vestales ex acerbissima vexatione, tēpla, atque delubra, hanc pucherrimam patriam omnium nostrum ex foedissima flamma, totam Italiam ex bello, & vastitate eriperē, quaeque mihi vni proponēt fortuna, subeat. Etenim si P. Lentulus suum nomen inductus a vatibus fatale ad perniciē Reip. fore putauit, cur ego nō later metū Cōsultatū ad salutē Reip. prope fatalē extitisse? Quare P. C. consulite vobis, prospicite patriae, cōseruate vos, cōiuges, liberos, fortunaque vestras, populū Ro. nomen, salutēque defendite, mihi parcere ac de me cogitare desinite. Nam primū deo sperare oēs deos, qui huic vr̄bi praesident, pro eo mihi ac mereor relatuos gratiā esse. deinde, si quid obtigerit, aequo animo paratoque moriar, neque em̄ turpis mors forti viro potest accidere: neque immatura consulari: nec Mors forā misera, sapienti. Nec tamē ego sum ille ferreus, qui fratris charissimi atque amantissimi presentis viri, tis viri, tis moerore nō mouear, horūque omniū lachrymis, a quibus me circūfessum videtis. nec nō meā mentē domum saepe reuocat exanimata vxor, abiecta metu filia, & paruulus filius, qui mihi videt amplecti Remp. tanquam obsidē cōsultatus mei: neque ille, qui expectans huius exitū diei astat in cōspectu meo gener. moueor his rebus oibus, sed in eā partē, ut salui sint nobiscū oēs, etiā si vis aliqua me oppresserit, potius quam & illi & nos vna Reip. peste pereamus. Quare P. C. incūbite ad salutē Reip. circūspicite oēs procellas, quae impēdēt, nisi puidetis. nō Tib. Gracchus, Incūbite ad salutem qui iterū Tribunus pl. fieri voluit: nō C. Gracchus, qui agrarios cōcitare conatus est: nō L. Saturninus, qui C. Memmiū occidit, in discrimen aliqd, atque in vestre seueritatis iudiciū adducit, sed tenent hi, qui ad vr̄bis incendiū, ad vestrū omniū cadē, ad Catilinā accipiēdum Romae restiterunt. tenentur literae, signa, manus, denique vniuscuiusque confessio. sollicitantur Allobroges, seruitia excitant, Catilina accersitur: id est inītiū cōsiliū, ut interfectis omnibus, nemo ne ad deplorādum quidem Reip. nomē, atque ad lamentandam tantī imperiī calamitatē relinquatur. Haec omnia indices detulerunt, rei confessi sunt, vos multis iudiciis indicauistis.

## Oratio

primum, q̄ mihi gratias egistis singularibus verbis: & mea virtute, atq̄ diligentia perditō  
hominū patefactā esse coniurationē decreuistis, deinde q̄ P. Lentulū, vt se abdicaret Prætura  
coegistis, tum q̄ eum & ceteros de q̄bus iudicauistis, in custodiā dādos censuistis: maximeq̄  
q̄ meo nomine supplicationē decreuistis, qui honos togato habitus ante me est nemini. po-  
stremo hesternō die præmia legatis Allobrogū, T. q̄ Vulturcio dedistis amplissima, quę sunt  
oīa eiusmodi, vt hi q̄ in custodiā nominatim dati sunt, sine dubitatiōe a vobis damnati esse  
videant. Sed ego institui referre ad vos P. C. tāq̄ integrū: & de facto, quid iudicetis: & de pœ-  
na, quid censeatis, illa prædicā, quę sunt Consulis. Ego magnū in Rep. versari furorem, & no-  
ua quędā misceri, & cōcitari mala iampridē videbā: sed hanc tantā, tam exitiosam haberi cō-  
iurationē a ciuibus nunq̄ putauī. Nunc quicq̄ est, quocunq̄ vestre mentes inclināt, atq̄ sen-  
tentia, statuendū vobis ante noctem est. Quātū facinus ad nos delatū sit, videtis. huic si pau-  
cos putatis affines esse, vehementer erratis. latius opinione disseminatū est hoc malū: mana-  
uit non solū per Italiā, verū etiā trāscendit Alpes, obscure serpens multas iam prouincias oc-  
cupauit. id opprimi sustentando, ac prolatando nullo pacto potest. quacunq̄ ratione placet,  
celeriter vobis iudicandū est. Video duas adhuc esse sententias: vnā D. Syllani, q̄ censet eos  
qui hęc delere conati sunt, morte esse mulctandos. alterā C. Cæsaris, q̄ mortis pœnam remo-  
uet, ceterorū suppliciorū oēs acerbitates amplectit. Vterq̄ & pro sui dignitate, & pro rerū  
magnitudine in summa seueritate versat. Alter eos, qui nos omnes, q̄ populū Ro. vita priua-  
re conati sunt, q̄ delere Imperiū, q̄ populū Ro. nomen extinguere, puncto tēporis frui vita, &  
cōmuni spiritu non putat oportere. atq̄ hoc genus pœnę sæpe in improbos ciues in hac Re-  
pu. esse vsurpatū recordat. Alter intelligit, mortē a diis immortalibus nō esse supplicii cau-  
sa cōstitutā, sed aut necessitatē naturæ, aut laborū, aut miseriarū quietē esse. itaq̄ eā sapiētes  
nunq̄ inuiti, fortes etiā sepe libēter appetuerūt. vincula vero, & ea sempiterna, certe ad singu-  
larē pœnā nefarii sceleris inuenta sunt. municipiis dispersiri iubet. habere videt ista res iniq̄-  
tatē, si imperare velis: difficultatē, si rogare. Decernat tamē si placet. ego em̄ suscipiam, & vt  
spero reperiā, q̄ id qd̄ salutis omniū causa statueritis, nō putet esse suę dignitatis recusare. ad  
iungit grauē pœnā municipibus, si q̄s eorū vincula ruperit, horribiles custodias circūdat, &  
digna scelere hoīm perditorū sancit: ne q̄s, eorū pœnā, quos cōdemnat, aut per Senatū, aut p̄  
populū leuare possit. eripit etiā spem, quę sola hoīem in miseris cōsolari solet. bona præterea  
publicari iubet. vitā solā relinqt nefariis hoīb: quā si eripuisset, multas vno dolore animi  
ac corporis & omnes scelerū pœnas ademisset. Itaq̄ vt aliqua in vita formido improbis esset  
posita, apud inferos eiusmodi quædā illi antiqui supplicia impiis cōstituta esse voluerunt: q̄  
videlicet intelligebāt his remotis nō esse mortē ipsam pertimescendā. Nūc P. C. ego mea vi-  
deo quid intersit. Si eritis secuti sententiā C. Cæsaris, quoniā hanc is Reip. viā, quę popularis  
habetur, secutus est, fortasse minus erunt hoc monitore, & auctore, huiusce sententię mihi  
populares impetus pertimescendī. Sin illam alteram secuti eritis, nescio an amplius mihi ne-  
gotii contrahatur. sed tamen meorum periculorum rationes vtilitas Reip. vendicat. habe-  
mus enim etiam a C. Cæsare, sicut ipsius dignitas postulabat, & maiorū eius amplitudo, sen-  
tentiam tanq̄ obsidem perpetuā in Remp. voluntatis: intellectum est, quid interest inter leui-  
tatem concionatorum, & animum vere popularem, saluti populū cōsulentem. video de istis,  
qui se populares haberi volunt, abesse non neminē, ne de capite videlicet ciuium Ro. senten-  
tiam ferat. is & nudius tertius in custodiā ciues Romanos Cethegum, & P. Lentulū dedit, &  
supplicationem mihi decreuit, & indices hesternō die maximis præmiis affecit. Iam hoc ne-  
mini dubium est, qui reo custodiā, quęstori gratulationē, iudici præmiū decreuit, quid de  
tota re, & causa iudicabit. At vero C. Cæsar intelligit, legē Semproniam esse de ciuibus Ro.  
constitutam. qui autem in Repu. sit hostis, eum ciuem esse nullo modo posse. deniq̄ ipsum la-  
torem legis Sempronie iussu populū pœnas Reip. dependisse. idem & ipsum largitorē Lētulū  
& prodigū, nō putat, cū de pernīcie Reip. & exitio huius vrbis tam acerbē tāq̄ crudeliter co-  
gitarit, etiam appellari posse populārē. Itaq̄ homo mirissimus, atq̄ lenissimus nō dubitat P.  
Lentulū aternis tenebris vinculisq̄ mandare: & sancit in posterū, ne q̄s huius supplicio leuā-  
do se iactare, & in pernīcie Reip. posthac popularis esse possit. adiungit etiā publicationē bo-  
norum, vt omnes animi cruciatus, & corporis, etiā egestas, ac mendicitas cōsequat. Quāobrē  
siue hoc statueritis, dederitis mihi comitem ad concionem, Populo Ro. charū, atq̄ iucundū.  
siue Syllani sententiā seq̄ malueritis, facile me, atq̄ vos a crudelitatis vituperatiōe defendetis,

Mors,

Spes in mi-  
seriis sola-  
tur,

Quæstitor.

Dependere  
pœnas.

In L. A.

## In L. Catilinam. III. Fo. CXXXIII.

atque obtinebo eam multo leuiorē fuisse. quā P. C. quæ potest esse in tantī sceleris immanitate puniēda crudelitas! Ego em̄ de meo sensu iudico. nā ita mihi salua Rep. vobiscū perfrui liceat, vt ego quæ in hac causa vehemērior sum, nō atrocitate animi moueor. quis em̄ est me mīstior! sed singulari quadā humanitate & misericordia. Videor em̄ mihi hanc urbē videre lucē orbis terrarū, atque arcē omnium gentium, subito vno incendio cōcidentē: cerno animo sepul tam patriā, miseros atque insepultos aceruos ciuū: versat ante oculos aspectus Cethegi, & furor, in vestra cede bacchantis. Cū vero mihi proposui regnantē Lentulū, sicut ipse se ex fati sperasse confessus est, purpuratū esse & Gabinū, cum exercitū venisse Catilinā: tū lamētatiō nē matrūfamilias, tū fugā virginū, atque puerorū, ac vexationē virginū vestaliū perhorresco, & quia mihi vehementer hęc vident misera atque miseranda, idcirco in eos, quæ ea perficere voluerunt, me seuerū vehementer prebebo. Etem̄ quero, si quis paterfamilias liberis suis a seruo interfectis, atque vxore occisa, incensa domo, supplicium de seruis quæcerbissimū sanxerit: vtrū is clemens, ac misericors, an inhumanus, & crudelissimus esse videbit! Mihi vero importunus, ac ferreus, quæ nō dolorē cruciatu lenierit. Sic nos in his oibus, quæ nos, cōiuges, liberos nostros trucidare voluerunt: quæ singulas vniuscuiusque domos, hoc vniuersum Reip. domiciliū, delere conati sunt: qui id egerūt, vt gētē Allobrogū in vestigiis huius urbis, atque in cinere deflagrati imperiū collocarent: si vehemētissimi fuerim, misericordes habebimur. sin remissiores esse voluerimus, summę nobis crudelitatis in patrię ciuūque pnicie fama subeunda est. nisi cuiuspiam L. Cæsar vir fortissimus, & amātissimus Reip. crudelior nudius tertius est visus, cū sororis suę femine electissimę virū presentē, & audientē vita priuandū esse dixit: cū animum iussu CONS. interfectū, filiūque eius impuberē ligatum a Pr. missum in carcerē necandū esse dixit. Quorum quid simile fuit factū: quod inritum delendę Reip. consiliū! largitionis voluntas, tū in Rep. versata est, & partiū quedā contentiō. Atque illo tēpore huius auus Lētulī clarissimus vir, armatus Gracchū est persecutus. Ille graue tum vulnus accepit, ne quid de summa dignitate Reip. minueret. Hic ad evertenda fundamenta Reip. Gallos accersiuit, seruitia concitauit, Catilinam euocauit, attribuit nos Cethego, ceteros ciues interficiendos Gabinio, urbē inflāmandam Cassio, totā Italiā vastandā diripiendāque Catilinę. Vereamini ceseo ne in hoc scelere tā immani, ac nefario, nimis aliqd seuerē statuisse videamini: cū multo magis sit verendū, ne remissio ne poenę crudeles magis in patriā, quæ ne seueritate animaduersionis nimis vehemētes in acerbissimos hostes fuisse videamur. Sed quę exaudio P. C. dissimulare non possum. iactant enim voces, quę perueniūt ad aures meas, eorū quæ vereri vident, vt habeā satis præsidii ad ea, quæ vos statueritis hodierno die, trāsfigenda. omnia prouisa, parata, & constituta sunt P. C. cum mea summa cura, atque diligentia, tum multo etiā maiore Populi Ro. ad summū imperium retinendū, & ad cōmunes fortunas conseruandas voluntate. omnes adsunt oīm ordinū homines, denique omnium ætatum: plenum est forum, pleni aditus huius loci, ac templi. Causa em̄ est post urbem conditā hac inuenta sola, in qua omnes sentirent vnū, atque idē, præter eos, qui cum sibi viderent esse pereundū, cum omnibus potius, quæ soli perire voluerunt. hosce ego homines excipio, & secerno libeter. neque em̄ improborū ciuū, sed iam acerbissimorū hostium numero habendos puto. Ceteri vero, dii immortales, qua frequentia, quo studio, qua virtute ad cōmunē dignitatem salutemque consentiunt. Quid ego hic Egtes Ro. cōmemorem! qui vobis ita summa ordinis consiliū concedunt, vt vobiscū de amore Reip. certent. quos ex multorum annorū dissensione huius ordinis, ad societatem, concordiamque reuocatos, hodiernus dies vobiscum, atque hac causa coniūgit. quā coniūctionem, si in consulatu cōfirmatā meo, perpetuam in Rep. tenuerimus, confirmo vobis, posthac malum ciuile ac domesticū ad nullā Reip. esse venturū partem. Pari studio defendendę Reip. conuenisse video Tribunos ararios fortissimos viros. Scribas item vniuersos, quos cum casu hic dies ad ararium frequentes aduocauit, video ab expectatione huius sortis, ad cōmunem salutem esse cōuersos. Oīs ingenuorum adest multitudo, etiam tenuissimorū. Quis est em̄: cui non hęc tēpla, aspectus urbis, possessio libertatis, lux denique hac ipsa, & hoc cōmune patrię solū, cū sit charū, tū vero dulce atque iucundū! Operapreciū est P. C. libertinorū hominū studia cognoscere, quæ fortunā ciuitatis consecuti, hanc vere suā patriā esse iudicāt: quā quidam hinc nati, & summo nati loco, non patriā suam, sed urbem hostiū esse iudicauerunt. Sed quod ego hos homines, ordinesque commemorē: quos priuatę fortunæ, quos cōmunis respública, quos denique libertas ea, quæ dulcissima est, ad salutē patrię defendendā excitauit! seruus est nemo, qui modo tolerabili cōditiōne

## Oratio

fit seruitutis, q non audaciam ciuū perhorrescat, qui nō obitare cupiat, qui non tantū, quā-  
tum audet, & quantū potest, conferat ad cōmunē salutis voluntatē. Quare si quē vestrū for-  
te cōmouet hoc, qd̄ auditū est, lenonē quendā Lentuli concurrere circū tabernas, precio spe-  
rantem sollicitare posse animos egentū, atq; imperitorū, est id qd̄ cōceptū atq; tētatū, sed nul-  
li sunt inuēti tā aut fortuna miserī, aut voluntate perditī, q nō ipsum illū sellā, atq; operis, &  
quæstus quotidiani locū, qui non cubile, ac lectulū suū, q deniq; nō cursum hunc otiosum vi-  
tē suę saluū esse velit. Multo vero maxima pars eorū, q in tabernis sunt: nisi vero, iō enim po-  
tius est dicendū, genus hoc vniuersum amicissimū est otio. Eteñ omne eorū instrumentum,  
omnis opera, ac quæstus, frequētia sustinet, alitur otio. Quorū si quæstus oclusis tabernis mi-  
nui solet, quid tandē incensis futurū est? Quæ cum ita sint P.C. vobis populi Ro. præsidia nō  
defunt, vos ne populo Ro. deesse videamini, puidete. Habetis Consulē ex plurimis periculis,  
& insidiis, atq; ex mediā morte, non ad vitā suā, sed ad salutē vestrā reseruatū: omēs ordines  
ad conseruandā Remp. mente, voluntate, studio, virtute, voce, consentiunt: obsessa facibus,  
& telis impię cōiurationis, vobis supplex manus tendit patria cōmunis: vobis vitā omnium  
ciuū, vobis arcē, & Capitoliū, vobis aras, penates, vobis illū ignē Vestē ppetuū, ac sempiter-  
nū, vobis omīa tēpla deorū, atq; delubra, vobis muros, atq; vrbis tecta cōmēdat, præterea de  
vestra vita, de coniugū vestrarū, ac liberorū anima, de fortunis oīm, de sedibus, de focis ve-  
stris, hodierno die iudicandū est. Habetis ducē memorē vestrī, oblitū sui: quę non semp facul-  
tas datur, vt sui oblitus, alii memoret. Habetis oēs ordines, omnes hoīes, vniuersam Remp.  
id quod in ciuili causa hodierno die primum videmus, vnum atq; idem sentientem. Cogita-  
te quantis laboribus fundatū imperiū, quanta virtute stabilitā libertatē, quanta deorū beni-  
gnitate auctas, exaggerataq; fortunas nox vna pene delerit. Id ne vnq; posthac nō modo cōfi-  
ci, sed ne cogitari qdem possit, vobis hodierno die puidendū est. Atq; hæc, non vt vos, q mi-  
hi studio pene præcurrītis, excitare, locutus sum, sed vt mea vox, quæ debet esse in Rep. prin-  
ceps, officio functa Consulari videret. Nunc anteq̄ ad sententiā redeo, de me pauca dicā. Ego  
quanta manus est cōiuratorū, quā videtis esse permagnā, tantā me inimicorū multitudinem  
suscepisse video, sed eā esse iudico turpē, & infirmā, contemptā, & abiectā. q si aliqñ alicui⁹ fu-  
rore, & scelere concitata manus ista plus valuerit, q̄ vestra, ac Reip. dignitas, me tamen meo-  
rum factorum, atq; consiliorū P.C. nunq; poenitebit. Eteñ mors, quā illi mihi fortasse minitā-  
tur, omnibus est parata. vitę tantā laudē, quāta vos me vestrīs decretis honestatis, nemo est  
assecutus. Ceteris em̄ semp bene gestę, mihi vni conseruatę Reip. gratulationē decreuistis. Sit  
Virī clarif. Scipio clarus ille, cui⁹ cōsilio, atq; virtute Annibal in Aphricā redire, atq; ex Italia decedere  
coactus est: ornetur eximia laude Aphricanus, q duas vrbes huic Imperio infestissimas Car-  
thaginē, Numātiāq; deleuit: habeat vir egregius L. Paulus ille, cuius currū Rex potētissimus  
quondā & nobilissimus Perses honestauit: sit in æterna gloria Marius, q bis Italiā obsidione,  
& metu seruitutis liberauit: anteponatur omnibus Pōpeius, cuius res gestę, atq; virtutes iis-  
dem, qbus solis cursus regionibus ac terminis continent: erit profecto inter horū laudes ali-  
qd̄ loci nostrę glorię, nisi forte maius est patefacere nobis prouincias, quo exire possimus, q̄  
curare, vt etiā illi q absunt, habeant quo victores reuertant. Q̄q̄ inest in vno loco conditio  
melior externę victorię, q̄ domesticę: q̄ hostes alienigenę, aut oppressi seruiūt: aut recepti, be-  
neficio se obligatos putant, qui autem ex numero ciuū demētia aliqua deprauati, hostes pa-  
trię semel esse cœperūt, eos, cū a pernīcie Reip. repuleris, neq; vi coercere, neq; beneficio pla-  
care possis. Quare mihi cū perditis ciuibus eternū bellū susceptū esse video, qd̄ ego vestro, bo-  
norūq; omnium auxilio, memoriāq; tantorum periculorum, quę nō modo in hoc populo, q  
seruatus est, sed in omnium gentiū sermonibus, ac mentibus semper hærebit, a me atq; a meis  
facile propulsari posse confido. Neq; vlla profecto tanta vis reperietur, quæ coniunctionē ve-  
stram equitūq; Ro. & tantam conspirationem bonorum omnium perfringere, & labefacta-  
re possit. Quę cum ita sint Patres conscripti, pro imperio, pro exercitu, p prouincia, quā ne-  
glexi, p triūpho, caterisq; laudis insignibus, quæ sunt a me ppter vrbē vestrā, vestręq; salu-  
tis custodiā repudiata, p cliētēlis, hospitūsq; puincialibus, quę tñ vrbis opibus nō minore  
labore tueor, q̄ cōparo: pro his igit̄ omibus rebus, & p meis in vos singularibus studiis, pro  
q̄ hac quā prospicitis ad cōseruandā Rēp. diligētia, nihil a vobis nisi huius tēporis, totiusq;  
mei Cōsulatus memoriā postulo, quæ dū erit vestrīs mētibus infixā, firmissimo me muro  
septum esse arbitror. Q; si meā spem vis improborū fefellerit, atq; superauerit, commendo

\*  
Alii in gto

Mors oib⁹  
parata.

Virī clarif.

Negligere.

P:10

vobis parati meo fili  
qui hęc omnia suo filio  
summa salute vestra P.C.  
de totius vrbis rebus, ac  
decernit diligenter, vt  
tis non dubitet, & eno-



consulatus me rogare  
Judices, & cū ceteris de  
ta vobiscū, idem cōsul et  
eiusdem hōis voce & de  
ciuium salute tueatur.  
atq; etiā ipsa susceptio  
pauca dicam: non quo mi-  
hi, sed vt meo facto vobis  
bus inimicorū imperio  
dirigenti, & diligētissim  
gat fuisse rectum Cato  
lam L. Murem attingen  
qbus maxime debet, vt  
tū mei probē. A quo tan  
Rep. potest, aut debet esse  
meis laboribus, & pericu  
culū iudicii p̄stare debet.  
tū, is potētissimū cōsul, q  
debet. Ac si vt aduulū  
is potētissime honore affe  
dicendū auctoritatis, q̄  
hūnt, p̄cipere summo  
affert, vt eis fauere  
animo me esse oportet  
timas Reip. temptatū esse  
verū etiā prouidere quā  
Consules in rep. Cal. lanu  
si fortunas, q̄ resp. Cōsul  
corre ita ruit, vt et, quā  
tem. Eteñ si largitionem  
etiā si alius legem tulisset.  
defensionē latro legis imp  
tia molientē, veritas, & p  
tis lenitatis & misericordi  
securitatisq; p̄senti nō appa

# Pro L. Murena. Fo. CXXXIII.

vobis paruum meum filium: cui profecto satis erit presidium, non solum ad salutem, sed ad dignitatem, si eius qui haec omnia suo solus periculo conseruauerit, illum esse filium memineritis. Quapropter de summa salute vestra P. C. de vestris coniugibus, ac liberis, de aris, ac focis, de fanis, ac templis, de totius urbis tectis, ac sedibus, de Imperio, de libertate, de salute Italiae, deque vniuersa Reipublica decernite diligenter, ut institueritis, ac fortiter. Habetis enim consulem, qui & parere vestris decretis non dubitet: & ea, quae statueritis, quoad viuet defendere, & pro se ipsum prestare possit.

## PRO L. MURENA. ORATIO, XXIII.



**V**AE Precatus sum a diis immortalibus Iudices more, institutoque maiorum illo die, quo auspiciato comitiis centuriatis L. Murenam Consulē renunciaui: ut ea res mihi, magistratuque meo, populo, plebique Romanae bene, atque feliciter eueniret: eadem precor ab iisdem diis immortalibus ob eiusdem hominis consulatum vna cum salute obtinendum: & ut vestrae mentes, atque sententiae cum populi Romani voluntate, suffragiisque consentiant: eaque res vobis, populoque Romani, pacem, tranquillitatem, otium, concordiamque afferat. Quae si illa solennis comitiarum precatio consularibus auspiciis consecrata tantam habet in se vim, & religionem, quantum Reipublicae dignitas postulat, idem ego sum precatus, ut eis quoque hominibus, quibus hic consulatus me rogante datus esset, ea res fauste, feliciter, prospereque eueniret. Quae cum ita sint Iudices, & cum omnis deorum immortalium potestas, aut translata sit ad vos, aut certe comunicata vobiscum, idem consul eum vestrae fidei commendat, qui antea diis immortalibus commendauit, ut eiusdem hominis voce & declaratus consul, & defensus, beneficium populi Romani cum vestra, atque omnium civium salute tueatur. Et quoniam in hoc officio studium meae defensionis ab accusatoribus, atque etiam ipsa susceptio causa reprehensa est, antequam pro L. Murena dicere instituo, pro me ipso pauca dicam: non quo mihi potior hoc quidem in tempore sit officium meum, quam huiusmodi salutis defensio, sed ut meo facto vobis probato, maiore auctoritate ab huius honore, fama, fortunisque omnibus inimicorum impetus propulsare possim. Et primum M. Catoni vitam ad certam rationis normam dirigenti, & diligentissime praesentem momenta officiorum omnium, de officio meo respondebo. Negat fuisse rectum Cato, me, & consulem, & legis ambitus latorē, & tam seuerum gesto consulatu, causam L. Murenae attingere. Cuius reprehensio me vehementer mouet, non solum ut vobis Iudices, quibus maxime debeo, verum etiam ut ipsi Catoni, grauissimo, atque integerrimo viro rationem facti mei probem. A quo tandem M. Cato est aequius consulē defendi, quam a Consule? quis mihi in Reipublica potest, aut debet esse coniunctior, quam is, cui Respublica a me vna traditur sustinenda, magnis meis laboribus, & periculis sustentata? Quae si in his rebus repetendis, quae maxime sunt, is periculum iudicii praestare debet, qui se nexu obligauit, profecto etiam rectius in iudicio consulis designati, is potissimum consul, qui consulem declarauit, auctor beneficium populi Romani, defensorque periculi esse debet. Ac si ut nonnullis in ciuitatibus fieri solet, patronus huic causae publice constitueret, is potissime honore affecto defensor daretur, qui eodem honore praeditus non minus afferret ad dicendum auctoritatis, quam facultatis. Quae si portu soluentibus, ii qui iam in portum ex alto inuehant, praecipere summo studio solent, & tempestatum rationem, & praedonum, & locorum: quae natura affert, ut eis faueamus, qui eadem pericula, quibus nos perfuncti sumus, ingrediantur: quo tandem animo me esse oportet prope iam ex magna iactatione terram videntem, in hunc, cui video maximas Reipublicae tempestates esse subeundas? Quare si est boni consulis, non solum videre quod agatur verum etiam providere quid futurum sit, ostendat alio loco quantum salutis communis interfit, duos Consules in Reipublica, Calpurnium Ianuariis esse. Quod si ita est, non tam me officium debuit ad hominis amici fortunam, quam resp. Consulem ad communem salutem defendendam vocare. Nam quae legem de ambitu Tullii, certe ita Tullii, ut eam, quam mihi metipsum in praesens tulerim de civium periculis defendendis, non abrogarem. Etenim si largitionem factam esse confiterer, idque recte factum esse defendere, facerem improbe etiam si alius legem Tulliiisset. Cum vero nihil commissum contra legem esse defendam, quid est quod meam defensionem latius legis impediatur? Negat esse eiusdem seueritatis, Catilinam exitium Reipublicae, intra mensis molientem, verbis, & pene imperio urbe expulisse: & nunc pro L. Murena dicere. Ego autem has artis lenitatis & misericordiae, quas me natura ipsa docuit, semper egi libenter. illam vero grauitatis seueritatisque personam non appetiui, sed ab Reipublica mihi impositam sustinui, sicut huius imperii digni

Norma rationis.

Nexu obligare.

Consulis boni officium. Interfit salutis.

Legem de ambitu Tullii.

Cicero.